



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Batavia, Sive De Antiquo Veroque Eius Insvlae Qvam
Rhenvs in Hollandia facit situ, descriptione & laudibus;
aduersus Gerardvm Noviomagvm, Libri Dvo**

Aurelius, Cornelius

Antverpiæ, 1586

Adelardvs Amstelredamvs Cor. Avrelino Doctissimo S.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38123

ADELARDVS AMSTEL-
REDAMVS COR. AVRELIO
DOCTISSIMO S.

GRANDIS Louanij est contentio inter
plerosque doctos, Hollandiam non posse
vocari Batauiam. Istud nisi tu refellas &
improbes, nemo est qui poterit; ut cui totius
Hollandia reconditissima quaeque sunt per-
spectissima. Nam & huius auctor opinionis
Nouiomagus te solum veretur, teq; vnum om-
nibus Hollandiae doctissimis viris praefert.
Cupit amicè refellas rationes suas, & citò
cupit: quod ni feceris, pudefiam ego, con-
stanter asserens, te ut facillimè, ita & verif-
simè posse manifestam eius inscitiam osten-
dere. Wilhelmum Hedanum Traiecti ad
S. Iohannis Decanum consule, si opus est,
ut huic Gelro, ac proinde non satis Hollan-
diae fauenti, resistas. Sed citra calumniam
fiant volumus omnia. Erasmus Basilea agit.
Miramur omnes quod tui sincerissimi sem-
per amici & praeceptoris nusquam meminit.
Vale, & scias nullum te vno mihi chario-
rem Aureli. Louanij. Anno M. D. XV.

COR.